

BERTHOLDVS PRAESVL HALBERSTATENSIS.



Bertholdus ex nobili apud Saxones familia ortus suo tempore pietate & eruditione nulli secundus extitit. Itaque Heinricus eius nominis sextus Cæsar eum suum facellanū atque deinde consiliarium elegit. Postea uero decanus Halberstensis ecclesiæ factus est. Cum in eo officio magna dexteritate perseueraret, atque Episcopus mortuus esset, omnium consensu uicesimus eius loci præsul electus est. Erat is multis uirtutibus ornatus, atque in primis egregius pacis cultor. Itaque factum ut Halberstensis episcopatus multis belis turbatus, sub eo mirum in modū recreatus fuerit.